



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

An Capellanus impedimentum violationis Ecclesiæ tollere teneatur. Vbi nonnulla de violatione loci sacri, ejusdemque Reconciliatione. §. 3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

liter non ablato : at dum intendit,  
facit contra pactum cum eodem  
Fundatore celebratum , qui nun-  
quam id concessit, immò negavit:  
si quidem , dum eum obligavi ad  
sacrificandum, obligavit ad volen-  
dum Sacrificium, non vero permi-  
sit illud nolle , nollet autem si co-  
mederet nociva , ut impeditus  
morbo, Sacrum omittere cogeretur;

## §. III.

*An Capellanus impedimentum viola-  
tionis Ecclesie tollere teneatur.*

## Ubi

*Traduntur nonnulla de Violatione loci  
Sacri ejusdemque Reconci-  
liatione.*

I. **A**Ntequam id decernam Præ-  
mitto Primo , quod in Ec-  
clesia quantumcumque consecra-  
ta , si per aliquod ex sequentibus  
Bbb 4 deli-

delictis, (& quidem, satis probabiliter, non secretis *a* sed publicis) violata sit, hoc est sive per homicidium, sive per sanguinis, seminisve effusionem, sive per sepulturam infidelis, quamvis infantis, sive per sepulturam excommunicati, qui tamen post Concilium Constantiense nominatim denunciatus, vel publicus Clerici percussor fuerit; non potest licite, & sine mortali, sacrificari, nisi prius reconcilietur, (quamvis sic Sacrificans *b* nec suspensus maneat, nec irregularis) vel nisi in casu necessitatis de licentia Episcopi. Talem fuisse Panormi iudicavit P. Bernardinus Piccinus Societatis Jesu, Theologus Doctrina, & Sanctitate insignis, cum Ecclesia Cathedralis mane ipso die Pentecostes, in quem incidit festum

Sanctæ

*a* Suarez de Sacr. d. 81. sect. 4. §. His positis Fagund. aliique relati à March. tr 3 p 3. c. 10. *b* Suar loc. cit. §. Sed quæret. Sà V. Eccl. n. 20. Rodrig. II. q. reg. 16. ar. 6. exc. Is qui de sent. exc. n. 6.

Sanctæ  
ratis,  
guinis  
tanta p  
pum re  
centia  
lem ju  
si in d  
clesiar  
sam po

Hæ  
cum p  
dem l  
cur &  
nem E  
brevit  
Legem  
que al  
supra,  
Sacerd  
tingat

a S  
or. tra  
de Euc  
loc. cit.

sanctæ Christianæ Patronæ Civitatis, fuisset, per effusionem sanguinis, violata. Immo necessitas tanta posset esse, ut, si ad Episcopum recursus non pateret, ejus licentia non *a* esset necessaria, Talem judicat Delugo mox citandus, si in die festo Populus aliam Ecclesiam non haberet, in qua Missam posset audire.

Hæc autem, & huc pertinentia, cum passim à Doctoribus, & quidem latissimè, tractentur, non est cur & nos inculcemus. Lege Joannem Delugo, *b* qui ferè universa, breviter, & cordate, complectitur. Lege item Marchinum, *c* auctoresque ab ipso citatos. Lege denique supra, *d* ubi dicimus, quid faciet sacerdos, si incepta Missa, & contingat violari Ecclesiam.

Bbb 5 2. Quo-

*a* Suarez & Fagun. apud March de or. tract 4 q. 1. c. 10 nu. 2. *b* Delugo de Euch. d. 20 sec. 2. à n. 52. *c* March. loc. cit. *d* Supra li. 2. c. 7. §. 5.

2. Quoad Reconciliationem recolendum est, quod Ecclesia ubi Sacrificium Missæ celebratur, vel est consecrata, vel benedicta, vel solum ab Episcopo, seu alio potestatem habente, ad divina officia deputata, ut ex supra dictis, de loco sacrificii, patet. Iam, si solum sic deputata, violarique contigerit, reconciliatione probabiliter nõ indigere, docent multi, & id quod nobis satis est. Si sit benedicta, quilibet Sacerdos simplex, aqua per ipsum simpliciter benedicta, potest & illam, formula petita à Rituali Romano, reconciliare, id quod supra diximus lib. 2. c. 7 §. 5. Quod si aliqui Religiosi facultatẽ obtinuerunt

a Navar Henrique. Sotus apud Delugo citatum n. 59. aliique quibus addo Suarez de Sacerd. 81. sec. 4. §. 5. violatur sine, licet contrarium videntur doceret. 1. de Relig. tr. 2. c. 9. num. 2. & 3.

b Layman lib. 5. tr. 5. c. 5. nu. 12. aliique colligiturque ex C. ultimo de consecr. Eccl.

runt à Summo Pontifice, Ecclesias suas solum benedictas reconciliandi, id, vel factum est, ad scrupulos eximendos, vel quia contrariâ sententiam sequebatur. Denique si sic Ecclesia cōsecrata, posse, & debere ab Episcopo, aqua, per ipsum cum sale. & vino & cinere, benedicta reconciliari, dubiū nō est. Sicuti nec dubiū mihi est. Episcopum & ejusmodi facultatem delegare nō posse simplici Sacerdoti, atque adeò nec Vicario suo, qui non sit Prælati (quidquid aliqui b dicant) Ratio est, quia præter id, quod c supra in simili diximus, sic clarè deciditur c. *Aqua de consecr. Ecclesia.* Posse deniq; ex delegatione Summi Pōtificis à Mendicantibus, & participantibus eum illis, sed sub quibusdam conditionibus, ejusmodi consecratis Ecclesias reconciliari, habes

a *Delugo dis. de Euch. 20. sec. 2. n. 61*  
 aliq. b *Victoria, Sa, Silvius apud Dianam p. 2. rr. Miscell. 1. ref. 6. c Supra lib. 1. c. 3. §. 2. n. 4.*

bes in Bulla Leonis X. *a* & apud Porcellam, *b* Rodriguez, *c* & Ascanium *d* Tamburinum. Sacrificio ipso, fortè, in Ecclesia violata, peracto, an eadem remaneat reconciliata, dictum est lib. 1. c. 1. § 4. nu. 5.

3. His positis: facilè responderi potest ad propositam in titulo Dubitationem. Dico enim Capellanum, seu quemcumque obligatū ad Missam hodie v. gr. in tali loco celebrādam, si contingat eum violari & Reconciliatio dependeat ab ipso (secus, huic quæstioni, locus non est, sed recurrit doctrina data cap. 5. § 2.) quia potest v. gr. habere Rituale Romanum, obligari ad reconciliandam Ecclesiam Ratio est, quia quamvis ut diximus lib. 2. ca.

7. §. 5.

*à* In Bullario Rodr. Bulla 6. Leon. X. *a* Portell. in dub. Reg. V. Eccl. in Ald. n. 1. *c* Rodr. t. 1. qu. Reg 19. ar 6 *d* Tamb. de iur. Abb. d. 18. q. 3. nu. 42. *e* Tamb. de iur. Abb. d. 18. q. 3. num. 41.

7. §. 5. num. 2. sine ad Sacerdotem  
privatum non pertineat Ecclesiam  
reconciliare, tamen, quia nunc  
supponimus eum teneri ex stipen-  
dio ad celebrandum, justitia re-  
quirit, ut impedimentum viola-  
tionis, quod tollere ipse potest,  
tollat, sicuti §. præcedenti num. 9.  
de aliis similibus impedimentis di-  
rectis resolutum est.

Hæc notasse sufficiat, nam ex  
his ita decisis alii similes casus non  
difficili negotio decidentur.

## CAPUT VII.

De legitima præscriptione  
quoad Missas.

## §. I.

*Quandonam Sacerdos vel Ecclesia  
contra onus Missarum  
præscribat.*

I. **S**I concurrant conditiones re-  
quisitæ à jure ad præscriben-  
dum,

Ccc

dum,